

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

In M. Antonium, Philippica Octava. Oratio LI.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

# Philippica. VIII. Fo. CCXLIX.

IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA OCTAVA.  
ORATIO. II.



CONFVSIVS hesterno die est acta res C. Páfa, q̄ postulabat institutū Cōsulatus tui. Parū mihi visus es eos, q̄bus cedere nō soles, sustinere. Nam cum Senatus ea virtus fuisset, quę solet, & cū re viderēt oēs esse bellū, quidāq; id verbū remouendū arbitrarent: tua voluntas in discessione fuit ad lenitatē p̄pensior. Victa igit̄ est p̄pter asperitatē te auctore nostra sentētia. vicit L. Cæsaris amplissimi viri, qui verbū atrocitate dēpta, oratione fuit, q̄ sentētia lenior. q̄q; is qdē, ante q̄ sententiā diceret, propinquitatē excusauit. Idē fecerat me Cōsule in sororis viro, qd̄ hoc tēpore in sororis filio, vt & luctu sororis moueret, & salutē reip. p̄videret. Atq; ipse tamē Cæsar p̄cepit vobis

L. Cæsar.

quodāmodo P. C. ne sibi assentiremini, cū ita dixit, aliā sentētiā se dicturū fuisse, eāq; se, ac rep. dignam, nisi propinquitate impediretur. Ergo ille auunculus. num etiā vos auunculi, qui illi assensu estis? At in quo fuit controuersia? belli nomē ponendū in sentētia qdā nō putabāt, tu multū appellare malebāt, ignari nō modo rerū, sed etiā verborum. Potest em̄ esse bellū sine tumultu. Tumultus esse sine bello non potest. Quid est em̄ tumultus? nisi p̄turbatio tanta, vt maior timor oriat̄: vnde etiā nomen ductū est tumultus. Itaq; maiores nostri, tumultū Itali cū, q̄ erat domesticus: tumultū Gallicū, q̄ erat Italię finitimus: p̄terea nullū tumultū noīabant. Grauius autē esse tumultū, q̄ bellū, hinc intelligi licet, q̄ bello Gallico vacationes valēt, tumultu non valēt. Ita fit, quēadmodū dixi, vt bellū sine tumultu possit, tumultus sine bello esse non possit. Etem̄ cū inter bellū & pacē mediū nihil sit, necesse est tumultū si belli non sit, pacis esse, quo quid absurdius dici aut existimari potest? Sed nimis multa de verbo. rem potius videamus Patres cōscripti, quā qdē intelligo verbo fieri interdū deteriorē solere, nolumus hoc bellū videri. quā igitur municipiis, & coloniis ad excludendū Antonium auctoritatē dāmus: quā vt milites fiāt sine vi: sine tumultu: studio & volūrate: quā, vt pecunias in Rēp. polliceant̄? Si em̄ belli nomē tollit, municipiorū studia tollunt: cōsensus populi Romani, q̄ iā descendit in causam, si nos lāguefcimus, debilitet̄ necesse est. Sed qd̄ plura? D. Brutus oppugnat, non est bellū: Mutina obsidetur, ne hoc qdē bellum est? Gallia vastatur, quæ potest pax esse certior: Illud vero q̄ potest bellū nō esse dicere: quo fortissimū virū cū exercitu misimus: qui cum esset infirmus ex graui diuturnoq; morbo, nullā putauit sibi excusationē esse oportere, cū ad Reip. p̄sidiū vocaretur. C. quidem Cæsar non expectauit nostra decreta, p̄sertim cū esset illius ætatis: bellū contra Antonium sua sponte suscepit. decernendū em̄ tēpus nondū nouerat: bellū autē gerēdi tēpus si p̄termisisset, videbat Rep. oppressa nihil decerni posse. Ergo illi nunc, & eorū exercitus in pace versantur: nō est hostis is, cuius p̄sidiū Claterna deiecit Hircius: non est hostis, qui armatus Consulē designatū oppugnat: nec illa hostilia verba, nec bellica, quæ paulo ante ex Collegē literis Pansa recitauit, deieci p̄sidiū, Claterna potitus sum, fugati equites, p̄sidiū cōmissum, occisi aliquot, quę pax potest esse maior? delectus tota Italia decreti sublati vacationibus: saga cras sument: consul se cū p̄sidiū descensurū dixit. Vtrū hoc bellū non est: an etiā tantū bellū, quātū nunq; fuit? Ceteris em̄ bellis, maximeq; ciuilibus, contentione Reip. causa faciebat. Sylla cū Sulpitio de iure legū, quas p̄ vim latas Sylla dicebat: Cinna cū Octauio, de nouorū ciuū suffragiis: rursus cū Mario & Carbone Sylla, ne dominarent̄ indigni, & clarissimorū hominū crudelissimā vlcisceret̄ necē. Horum omnium bellorum causę ex Reip. contentione natę sunt. de proximo bello ciuili non libet dicere, ignoro causam: detestor exitū. hoc bellum quintum ciuile geritur, atq; omnia in nostram ætatē inciderunt: primū nō modo in dissensione, & discordia ciuium, sed in maxima consensione, incredibilis concordia, oēs idē volunt, idē defendunt, idē sentiunt. Cū oēs dico, eos excipio, quos nemo ciuitate dignos putat. Quę est igit̄ in medio belli causa posita: nos deorū immortalū tēpla, nos muros, nos domicilia, sedesq; populi Ro. penates, aras, focos, sepulcra maiorū, nos leges, iur., libertatē, coniuges, liberos, patriā defendimus. cōtra M. Antonius id molitur, id pugnat, vt hęc omnia perturbet, euertat, p̄dā reip. causam belli putet, fortunas nostras partim dissipet, partim dispartiat parricidis. In hac tā dispari ratiōe belli miserrimū illud est, q̄ ille latronib; suis polliceat̄ primū domos: vrbē em̄ se diuisurum cōfirmat: deinde oib; portis, quo velint, de ducturū. oēs Caphones, oēs Saxe, ceteraq; pestes, quę sequuntur Antonium, ædes sibi optimas,

Bellum.  
Tumultus

Res verbo  
interdū de  
terior fit.  
Descendere  
in causam.

Tumultus  
indicia.

## In M. Antonium

hortos, Tusculana, Albana definiunt. atq; etiã hoies agrestes, si hoies sunt illi potius, q̄ pecudes, inani spe ad aquas vsq; Puteolanas puehunt. Ergo habet Antonius qd̄ suis polliceat. Quid nos: nũ qd̄ tale habemus: Diũ meliora. id em̄ ipsũ agim⁹, ne qs posthac eiusmodi qcq̄ possit polliceri. inuitus dico, sed dicendũ est. hasta Cæsaris P. C. multis improbis, & spẽ affert, & audaciã. viderunt em̄ ex mendicis fieri repẽte diuites. Itaq; hastã semp̄ videre cupiunt ii, q̄ nostris bonis imminet, quibus oĩa pollicet Antonius. Quid nos nostris exercitibus: qd̄ pollicemur: multo meliora, atq; maiora. scelerũ em̄ pmissio, & iis q̄ expectant, pniciosa est, & iis q̄ pmittunt. Nos libertatẽ nostris militibus, iura, leges, iudicia, imperiũ orbis terrã, dignitatẽ, pacẽ, otium pollicemur. Antonii igit̄ promissa cruenta, tetra, scelerata, diis hoibusq; inuisa, nec diuturna, neq; salutaria. nostra contra, honesta, integra, gloriosa, plena letitiẽ, plena pietatis. Hic mihi etiã Q. Fufius vir fortis, ac strenuus, amicus meus, pacis cõmoda cõmemorat. qua si vero, si laudanda pax esset, ego idẽ facere cõmode nõ possem. semel em̄ pacẽ defendi: nõ semper otio studui: qd̄ cũ om̄ibus bonis vtile est: tũ precipue mihi. Quem em̄ cursum industria mea tenere potuisset, sine forensibus causis, sine legibus, sine iudiciis: que esse non possunt ciuili pace sublata. Sed queso Calene, quid: tu seruitutẽ pacẽ vocas: Maiores qdẽ nostri nõ modo vt liberi essent, sed etiã vt imperarẽt, arma capiebãt. at tu arma abiicienda censes, vt seruiamus. Que causa iustior est belli gerẽdi, q̄ seruitutis depulsio: in qua etiã si nõ sit molestus dominus: tamen est miserimũ posse, si velit. immo alia causa iusta, ac necessaria est. nisi forte ad te hoc non putas prinere, q̄ te sociũ fore speras dominationis antonii. In quo bis falleris: primũ, q̄ tuas rationes cõmunibus anteponis: deinde, q̄ qcq̄ stabile in regno, aut iucundum putas. non, si tibi antea pfuit, semper pderit. Quin etiã de illo hoie q̄ri solebas, qd̄ te facturũ de bellua putas: Atq; es, q̄ semp̄ pacẽ optaris, semper oēs ciues saluos volueris. honesta ratio: sed ita, si bonos, & vtilis reip. ciues: sin eos, q̄ natura ciues sunt, volũtate hostes, saluos velis: quid tandẽ interest inter te, & illos: Pater tuus, quo vtebar sene auctore adolescẽs, homo seuerus, & prudẽs, primas oĩm ciuũ P. Nasice, q̄ Tiberiũ Gracchũ interfecit, dare solebat. eius virtute, cõsilio, magnitudine animi, liberatã Rẽpu. arbitrabat. Quid: nos a patribus nũ aliter accepimus: Ergo is tibi ciuis, si tẽporibus illis fuisses, nõ pbaret, qa nõ oēs saluos esse voluisset: Q. L. Opimius Cõsul verba fecit de Rep. de ea re ita cõsuerunt: vti Opimius Cõsul Rẽp. defenderet, Senatus hęc verbis, Opimius armis. Nũ igit̄ eũ, si tũ esses, temerariũ ciuẽ, aut crudelẽ putares: aut Q. Metellũ, cuius quattuor filii Cõsulares: P. Lentulũ principẽ Senatorẽ: qd̄ complures alios summos viros, qui cũ L. Opimio Consule armati Gracchũ in Auentinũ persecuti sunt: quo in pralio Lentulus graue vulnus accepit: interfectus est Gracchus, & M. Fuluius Cõsulares, eiusq; duo adolescentuli filii. illi igit̄ viri vituperandi: non em̄ ciues oēs saluos esse voluerũt. Ad propiora veniamus. C. Mario, L. Valerio Cõsulibus Senatus Remp. defendẽdã dedit: L. Saturninus Tribunus plebis, Glaucia Prẽtor est interfect⁹. oēs illo die Scauri, Metelli, Claudii, Catuli, Sceuolã, Crassi arma sumpserũt. nũ aut Consules illos, aut clarissimos viros vituperãdos putas: Ego Catilinã p̄ire volui. nũ tu, q̄ oēs saluos vis, Catilinã saluũ eẽ voluisti: Hoc interest Calene iter meã sententiã & tuã. ego nolo queq̄ ciuẽ cõmittere, vt morte mulctãdus sit. tu, etiã si cõmiserit, cõseruãdũ putas. In corpe si qd̄ eiusmodi est, qd̄ reliquo corpi noceat, vti ac secari qd̄ noceat patimur, vt mẽbrorũ aliqd̄ potius, q̄ totũ corpus intereat. sic in Reip. corpe, vt totũ saluũ sit, qcq̄ est pestiferũ amputet. Dura vox. multo illa durior. salui sint improbi, scelerati, impij: delectant innocẽtes, honesti, boni, tota respública. Vno in homine Q. Fusi fateor te vidisse plusq̄ me. ego P. Clodiũ arbitrabar pniciosum ciuẽ, sceleratum, libidinosum, impiũ, audacẽ, facinorosum. tu contra sanctũ, tẽperatũ, innocentẽ, modestũ, retinẽdum ciuẽ, & optandũ. in hoc vno te plurimũ vidisse, multũ me errasse concedo. Nam me tecum iracunde agere dixisti solere. nõ est ita. vehemẽter me agere fateor, iracunde nego. omni no irasci amicis nõ temere soleo, ne si merent̄ qdem. Itaq; sine verborũ cõrumelia a te dissentire possum, sine animi summo dolore non possum. parua est em̄ mihi tecũ, aut parua de re dissensio. ego huic videlicet faueo, tu illi. immo vero ego D. Bruto faueo, tu M. Antonio. ego cõseruare coloniam populi Ro. cupio, tu expugnare studes. an hoc negare potes: qui oēs moras interponis, qbus infirmẽ Brutus, melior fiat Antonius: quousq; em̄ pacẽ dicis velle te res gerit, cõducte vinee sunt, pugnat acerrime: q̄ intercurret, missimus tres principes ciuitatis: hos cõtempnit, reiecit, repudiãuit Antonius: tu tamẽ pmanes cõstãtissimus defensor Antonii. Et qdẽ quo melior Senator videat, negat se illi amicũ esse debere, cũ suo magno benefi-

Hasta.

Primas dare.

Iracunde nõ agit.  
Ironia.

cio venisse eum contra se, vide quanta charitas sit patrie, cum homini sit iratus, tamen Reipub.  
 causa defendit Antonium. Ergo te, cum in Massilienses tam sis acerbus Fusi, non animo equo audis,  
 quousque enim Massilia expugnabis: ne triumphus quidem finem fecit belli: per quem sublata est urbs  
 ea, sine qua nunquam ex Transalpinis gentibus maiores nostri triumpharunt, quo quidem tempore po-  
 pulus Romanus ingemuit. Quod propter dolores suorum rerum omnes habebant, tamen huius civitatis fide-  
 lissime miseras nemo erat civis, qui a se alienas arbitraret. Cesar ipse, qui illis fuerat iratissimus,  
 tamen propter singularem eius civitatis gravitatem, & fidem, quotidie aliquid iracundiae remitte-  
 rebat, te nulla sua calamitate civitas satiare tam fidelis potest: Rursus me iam irasci fortasse di-  
 ces. ego autem sine iracundia dico, ut omnia: nec tamen sine dolore, neminem illi civitati inimicum esse  
 arbitror, qui amicus sit huic civitati. Excogitare quae tua ratio sit Calene non possum, antea de-  
 terrere te, ne popularis esses, non poteram: ut nunc sis popularis, exorare non possumus. Satis  
 multa cum Fusio, ac sine odio omnia, nihil sine dolore. Credo autem quod generi querelam moderate fe-  
 rat, equo animo latum amicum. Venio nunc ad reliquos Consulares, quorum est nemo, iure meo hoc  
 dico, qui non mecum habeat aliquam coniunctionem gratiae, alii maximam, alii mediocrem, nemo nullam.  
 Quod hesternus dies nobis, Consularibus dico, turpis illuxit, iterum Legatos: quid: ille faceret indu-  
 cias: ante Consules, oculosque Legatorum tormetis Mutinam verberavit: opus ostendebat, munitio  
 neque Legatis: ne punctum quidem temporis, cum Legati adessent, oppugnatio respiravit. Adhuc  
 Legatos: cur: an ut in eorum reditu vehementius pertimescatis: Equidem cum antea Legatos de-  
 cerni non cessavisset: hoc me tamen consolabar: quod cum illi ab Antonio contempti, & reiecti revertissent:  
 dixissentque Senatui non modo illi in Gallia non discessisse, ut censuimus: sed ne a Mutina quidem recess-  
 sisse: potestate sibi D. Bruti conveniendi non fuisse: putabam fore ut omnes infamati odio, excitati do-  
 lore, armis, eque, viribus D. Bruto subveniremus. nos etiam languidiores facti sumus, postquam An-  
 tonii non solum audaciam, & scelus, sed etiam insolentiam, superbiamque perspeximus. Utinam L. Cesar valeret,  
 Servius Sulpitius viveret: multo melius haec tunc agerent a tribus, quam nunc agunt ab omnibus, dolere  
 hoc dicam potius, quam contumeliose deserti, deserti quam sumus P. C. a Principibus, sed, ut iam saepe  
 dixi, omnes in tanto periculo, qui recte & fortiter sentiet, erunt Consulares, animam nobis afferre Lega-  
 ti debuerunt, timore attulerunt. Quod mihi quidem nullum unquam timorem: quis illi de illo ad quem missi  
 sunt, bene existimet: a quo etiam mandata acceperunt. Pro dii immortales, ubi est ille mos, vir-  
 tutumque maiorum: C. Popilius apud maiores nostros, cum ad Antiochum Regem legatus missus esset, &  
 verbis Senatui nunciasset, ut ab Alexandria discederet, quam obsidebat: cum tempus ille differret, vir-  
 gula stantem circumscripsit: dixitque, se non antea renunciaturum Senatui, nisi prius sibi respondis-  
 set, quid facturus esset, quam ex illa circumscriptione excederet. preclare. Senatus enim faciem secum  
 attulerat, auctoritatem reipublice, cui qui non parerent, non ab eo mandata accipienda sunt: sed  
 ipse est potius repudiandus. An ego ab eo mandata acciperem, qui Senatus mandata contemne-  
 ret: aut ei cum Senatu quicquam commune iudicarem, qui imperatorem populi Romani, Senatu prohibente obside-  
 ret: At quae mandata: qua arrogantia: quo stupore: quo spiritu: Cur autem ea legatis nostris da-  
 bat: cum ad nos Corylam mitteret ornamentum, atque arcem amicorum suorum, hominem adilitium: si vere  
 tum fuit Aedilis, cum eius iussu Antonii in conuiuio serui publici loris ceciderunt. At quae modesta  
 mandata fert: si sumus P. C. qui quicquam huic negemus: Vtraque provinciam inquit remitto, exerci-  
 tum depono, priuatus esse non recuso. Haec sunt enim verba, redire ad se videtur, omnia obliuiscor, in  
 gratiam redeo. Sed quod adiungit: Si legionibus meis, & si equibus, & si cohorti Praetoriae praedam  
 agrumque dederitis. His etiam praemia postulet: quibus ut ignoscatur si postulet, impudentissimus  
 iudicetur: Addit praeterea quos ipse cum Dolabella dederit agros, teneant illi, quibus dati sunt.  
 Hic est Campanus ager & Leontinus, quae duo maiores nostri annonae perfugia ducebant. Ca-  
 pua mimis, aleatoribus, lenonibus: Caphoni etiam, & Saxa cauet: quos Centuriones pugnaces,  
 & lacertosos inter mimorum, & mimarum greges collocavit. Postulat praeterea ut Chirographorum  
 & comensariorum, sua, Collegae sui decreta maneant. Quid laborat: ut habeat quod quicquam mercatus  
 est, si quod accepit, habeat quod vendidit, & ne tangerent rationes ad Opis: id est, ne sestertium septies  
 millies recuperet, ne fraudi sit Septemviris quod egissent. Nucula hoc credo admonuit, verebatur  
 fortasse, ne amitteret tantas clientelas. Caueri etiam vult iis qui secum sunt, quicquid contra le-  
 gem commiserunt. Mustelle & Tironi prospicit, de se nihil laborat. Quid enim commisit unquam: num-  
 aut pecuniam publicam attigit: aut hominem occidit: aut secum habuit armatos: Sed quid est, quod  
 de iis laboret: Postulat enim ne sua iudiciaria lex abrogetur, quo impetrato, quid est quod me-  
 tuat: an, ne suorum aliquis a Cyda, Lyfiade, Curio condemnetur: Neque tamen nos urget mandatis

Massiliensis

Punctum tem-  
poris.

C. Popilius

Capua  
ager & Le-  
ont. perfugia  
annonae.